

(850 aprile)¹, Roma

Davanti a una assemblea di abati, vescovi e arcivescovi riunita nella basilica di San Pietro e presieduta da papa Leo IV e dall'imperatore Ludovicus II, il vescovo di Siena Cancius reclama le chiese poste *infra comitatum Senensem* contese alla sede aretina. Egli esibisce in suo favore una sentenza *finitiva* di papa Adrianus. Il papa, dopo aver letto dei *decretalia* stabilisce, insieme con l'imperatore e tutto il concilio, che i confini della diocesi dovrebbero corrispondere con i confini del *comitatus*. Il vescovo di Arezzo Petrus segnala allora come le chiese in questione fossero soggette alla diocesi aretina da più di quarant'anni, adducendo come prova un *iudicatum* e un *preceptum* del re longobardo Liutprandus che egli, però, non aveva con sé a Roma. Per permettergli di procurarsi tali *munimina* e altri testimoni la seduta viene aggiornata. Dodici giorni più tardi, riunitasi di nuovo l'assemblea e letti i documenti presentati dalla parte aretina, Ludovicus II respinge le rivendicazioni del vescovo Petrus sostenendo come la chiesa episcopale di Siena esercitasse la proprietà sulle pievi prima dell'invasione longobarda. Il vescovo Petrus prega allora che vengano ascoltate le testimonianze degli arcipreti di alcune delle pievi contese. Ma questi, in modo del tutto sorprendente, si pronunciano in favore della parte senese. Il papa proclama allora la vittoria di Siena. Ciò nonostante vengono sentiti anche i testimoni della parte senese che confermano le tesi del loro ordinario. Il papa rende di nuovo nota al vescovo di Arezzo la sua sconfitta. L'imperatore conferma la sentenza e lascia il concilio. Infine, il vescovo Petrus, rinuncia formalmente alle pievi contese.

Copia scorretta del principio del sec. XIII.

Archivio Capitolare di Arezzo, Carte del capitolo, n. 18 [B]^{*}.

Edizione: Manaresi, n. 53

In nomine Domini, amen. Dum nos Leo summus pontifex et universalis papa quartus, constitutus in beati Petri apostoli cathedra una cum gloriosissimo et piissimo Lodoyco Lotharii filio imperatore augusto, presentibus pluribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus sinodalem habentes concilium, essemus Rome videlicet in ecclesia beati Petri apostolorum principis, advenit in presentia sacri concilii Senensis Ecclesie episcopus nomine Cancius et retulit qualiter iam sepe petierat apud iam dictum Lotharium, epistolis Adriani pape spetialiter conscriptis^a, quatenus secundum recti iudicii censuram inter Senensem Ecclesiam et Petrum² Aretine Ecclesie episcopum de ecclesiis seu baptisteriis et monasteriis, que infra comitatum Senensem sunt, cum eorum pertinentiis, unde iam multis vicibus prolixa fuerat contentio, finitivam secundum canonicam auctoritatem perciperet sententiam. Tunc nos Leo summus pontifex ita diximus: "Et quoniam sacerdotali officio, quamlibet meritis fungimur non equis, oportet nos spetiali mucrone talium altercationum, que veterinosi serpentis seva aguntur astutia, funditus incidere et stirpare, iudices, ne forte discordia ibi vigeat, ubi intemerate pacis debent consistere bona". Simul omne concilium, iusta, inquit, et vera catholica et apostolica diffiniuit censura. Tunc Cantius episcopus, manibus decretalia et iudicata tenens, ubi finitiva^b sententia facta fuerat ex auctoritate Adriani summi pontificis et uniuniversalis pape (et Constantini), queritando dixit: "Frater et coepiscopus meus Petrus Aretine Ecclesie Senensis Ecclesie parrochias atque diocesim perverso ordine et contra canonicam regulam invasit et per vim detinet. Tunc nos et Lodovicus imperator in presentia magni concilii decretalia ab episcopo Cantio ostensa relegi iussimus. His

igitur perlectis, nos Leo summus pontifex sic ad universam plebem loqui exorsi sumus: "Quantum enim precellit dignitas omnium ordines dignitatum superna dispensatione animarum nobis credita, tanto amplius cogimur quique pre ceteris solvere rationes. Aliud est enim unumquemque sui curam gerere, aliud ouilis dominici cura regimen tenere. Quapropter canonicam sequentes doctrinam dissensionem atque discordias sacerdotum apostolica nos premonet obviare censura, redemptoris nostri sequentes precepta docentis: «Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. In hoc enim cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem». Pretiosi enim pedes evangelizantium pacem evangelizantium bona gratia Sancti Spiritus, inquit. Quatinus ubi orta fuerit immoderata questio, spirituali debeat mucrone amputari, ne adolescat et Christi concutiat plebem, et ne crescente discordia fideles delinquant, sed potius apostolicis monitis parentes, omni sorde perdita, pura frumenta in horreo Domini recondere valeamus. Igitur dum per aliquot iam lapsos annos Langobardorum gens diversa arripiens territoria invasa desolabatur loca, contigit et dioceses episcoporum alterum alterius inuadere et temerario ausu immoderate eas detinere atque in magno nunc usque permanent errore, et ignorantes canonum definitiones alterutrum anelantes arripere parrochias periurii reatus incurrunt. Insuper callida versutia inter se dimicantes peiora peragunt exitia, errore ita in malum incidunt, piaculi facinus, dum procul abiciunt canonum censuram, transgredientes sanctissimorum predecessorum nostrorum pontificum decreta canonicis auctoritatibus fulcita. Propterea talia inhibentes apostolica institutione una cum gloriosissimo et piissimo domino imperatore nostro Lodovico et sanctissimis episcopis in corona huius sacri concilii residentibus, apostolice constitutionis privilegio promulgantes sancimus, ut, sicut canonice in decretis consistunt secundum territoria seu pertinentias civitatum, sic parrochias seu dioceses ad disponendum episcopos tenere censemus, observantes canonicam censuram que ait episcopum non licere alienam parrochiam propria secta pervadere. Et iterum episcopus alienam civitatem que non est illi subiecta non invadat, nec ad ullam possessionem eius accedat, quoniam ad rem non pertinet, nec constituat presbiteros aut diaconos alteri episcopo subiectos nisi forte ex consensu et voluntate regionis episcopi. Si quis autem tale aliquid facere temptauerit, irrita sit eius ordinatio, coepiscopus coherceatur a synodo et sicut precessoris nostri beati Celestini pape continent constituta, ut sit contemptus unusquisque episcopus sue civitati concessis limitibus, alter in alterius provincia nichil presumat. Ita et nos beati Petri apostolorum principis, cuius vicem quamvis immeriti, Deo dignante, gerimus sumentes auctoritatem decernimus, ut, sicut statutum est, unusquisque episcopus parrochias suas seu dioceses iusta limites sue civitati pertinentes, imperturbate possideat sub divini iudicii obtestatione et anathematis interpositione⁶⁷". Dum igitur nos Leo summus pontifex sancte adhortationis sermonem clauderemus, decretalibus supranominatis per ordinem ostensis et relectis, tunc Petrus Aretine Ecclesie episcopus dixit Cantio episcopo: "Ista tua decretalia et iudicata, que hic ostendisti, nullam possunt inferre iacturam mee Ecclesie neque dispendia, quoniam nos et antecessores nostri monasteria et baptisteria cum eorum oraculis seu pertinentiis seu adiacentiis, que infra fines comitatus Senensis sunt constituta, unde tu, frater et coepiscope, adversum meam Ecclesiam queris, possessa habemus amplius quam quadraginta annos". Tunc Cantius episcopus ad hec: "Semper enim, inquit, monasteria et baptisteria, que infra fines Senensis comitatus sunt, parrochie mee ecclesie fuerunt et sunt, et crisma ibi dedimus, et consignationem fecimus, presbiteros et diaconos ego et antecessores mei ibi ordinavimus et ecclesias consecravimus; sed tu, frater, callide ac fraudolenter predicta monasteria seu baptisteria, contra sacrorum canonum instituta, usurpasti". Petrus vero episcopus civitatis Aretine hoc audiens dixit: "Vere enim monasteria seu baptisteria, que infra fines tui comitatus

sunt, unde adversum nos queritis, a tempore Longobardorum Ecclesia sancti Donati paruerunt; nam et iudicatum^d habeo quod tempore Liutprandi regis Longobardorum a tuis predecessoribus causata ad mee Ecclesie utilitatem convicta fuerunt; et preceptum exinde habeo, quod Carolus rex confirmavit in Ecclesia sancti Donati^e, sed hic modo pre manibus non habeo, quoniam super hac re altercationem hic habere non arbitrati fuimus. Indutias et spatium a sacro concilio peto, donec, Aretium celeriter petens, assertionis mee iudicatum atque preceptum quemadmodum pollicitus sum in conspectu domini mei summi pontificis atque imperatoris piissimi ac totius concilii ostendere possim”. Tunc Leo pontifex et universalis papa et Lodovicus piissimus imperator ex decreto totius concilii utrisque partibus indutias usque ad .XII. dies contulerunt, quatinus unusquisque eorum in predicto spatio quicquid firmitatis per preceptorum sanctiones seu decretorum institutiones haberet deferret, nec non et testes ydoneos de propria Ecclesia unusquisque ad indaginem veritatis secum duceret. Finitis igitur date indutiae diebus, Petrus episcopus Aretine Ecclesie et Cancius episcopus Senensis in presentia nostra et imperatoris Lodouici piissimi augusti pariter venerunt, et in conspectu eorum episcoporum, quorum nomina subter adnexa sunt³: Iohannes archiepiscopus civitatis Rauenne⁴, Ambrosius episcopus Luccensis Ecclesie⁵, Oschisi episcopus Pistoriensis⁶, Donatus episcopus Fesulane civitatis⁷, Iohannes episcopus Pise⁸, Andreas episcopus Vulturnensis civitatis⁹, Taciprandus episcopus civitatis Clusine, Otho episcopus Rosellensis¹⁰, Tanimundus episcopus Suanensis¹¹, Petrus episcopus civitatis Orbetane, Iohannes episcopus Tuscanensis, Iohannes¹² episcopus Centumcellensis, Petrus episcopus Spolitanus, alique plures. In predictorum itaque presentia ambo episcopi, hoc est Cantius episcopus Senensis et Petrus Aretine Ecclesie, cum sanctionibus preceptorum atque institutionibus decretorum, idoneis testibus ex utraque parte, ut impetratum fuerat, adhibitis, iterum coronas aucta concilii in eadem ecclesia beati Petri apostolorum principis, ubi prius fuerat, residentibus autem nobiscum in concilio et volentibus tante altercationis litigium rectissima lance pensare et libratum aequitatis termine finire, ecce Petrus Aretine ecclesie episcopus, decretalia atque precepta, iuxta quod promiserat, manibus retinens, ex iussu nostro et augusti Lodovici piissimi Ioseph archicapellano tradita sunt ad legendum^f. Cumque perfecta fuissent in conspectu magni concilii, Lodovicus imperator sic in aures totius ecclesie contionatus est: “Et quoniam uniuscuiusque rei possessio talis debet esse, ut principium possessionis in se nullam habeat vitium, liquido colligere possumus, dum constat has parrochias Ecclesiam Aretinam ex tempore Longobardorum tenuisse, tantummodo non sibi sufficere possessionis oppositionem, dum ante quam Longobardorum gladius Italiam populando devastaret, Romanis imperatoribus tranquille pacis felicitate orbem regnantibus, Senensis Ecclesia, sicut onos antiquus statuit, easdem parrochias rexit et tenuit”. Tunc omne simul concilium verum et probabile laudeque dignissimum imperatorem protulisse acclamabat. Ad hec Petrus episcopus inquit: “Et quoniam imperatoria maiestas et apostolica sublimitas, non solum scriptorum verum etiam testium, iussit in hoc testimonium adhiberi, iubeantur illi sacerdotes testimonii veritatem proferre, qui in eisdem inhabitantes parrochiis incorruptam veritatem antiquorum relatione hominum per parentele gradus insigniter didicerunt”. Tunc nos Leo pontifex universalis papa et Lodovicus imperator iussimus exhiberi sacerdotes aliosque fideles, qui subter notati sunt, in conspectu magni concilii. In primis venit Gisalprandus de plebe sancti Quirici in Ausinna¹³, Atripaldus presbiter et monachus de plebe sancti Stephani de Acinnano¹⁴, Gisilari archipresbiter de plebe sancte Marie in Pava¹⁵, Adalprandus presbiter de plebe sancte Marie de Saltu¹⁶, Lanfredus presbiter de plebe sancte Marie de Cusuna¹⁷, Bonolinus archipresbiter de plebe sancti Viti Vitiliano¹⁸, Agiprandus archipresbiter de plebe sancti Andree in Alcino¹⁹, Liucari presbiter de plebe sancte Marie in Sexta²⁰,

Alipertus archipresbiter de plebe sancti Donati de Tiliano²¹. “Hii sunt mei archipresbiteri de iam dictis plebibus” dixit Petrus Aretinus episcopus. Tunc nos Leo papa iussimus librum evangeliorum in medio concilio poni simulque sancte crucis vexillum inhibi collocari atque post hec sic fati sumus: “Audite vos sacerdotes, quibus reddendi testimonium facultas a sacratissimo concilio tributa est, in virtute obedientie et sub obtestatione divini iudicii vobis precipimus, ut incorruptam veritatem nobis de hac re dicatis”. Primus ergo omnium Giselpandus iam dictus archipresbiter ait: “Quoniam nefarium est sub tanta obtestatione veritatem reticere, et sacrilegium esse arbitror in conspectu huius sacri concilii falsum testimonium dicere, idcirco que a meis parentibus didici et ego ipse, cum sim fere nonagenarius, memini absque falsitatis colore narrabo. Scio namque secundum meorum parentum relationem Senensem Ecclesiam usque Longobardorum tempora predictas parrochias inconcusse et absque ullo litigio tenuisse; set eorum iniquus gladius cuncta diripiens, subtractisque habitatoribus, terram multis populis refertam reduxit in solitudinem. Contigit denique ex illius temporis desolatione, inuasione callida alter episcopus alterius parrochias, nefario ausu, temerarie inuasisse et inuasas totis viribus detinere. Sic namque Senensis Ecclesie ab Aretina accidisce scimus; quamlibet Petrus Aretinus episcopus nos huc sui causa duxerit, tamen veritatis rationem celare nefas esse credimus; ita, nimium re in ambiguo posita, utrisque Ecclesiis parere, alteri quidem ex necessitate, alteri ex voluntate, predictas parrochias meminimus; Senensi quippe ex voluntate, Aretine ex necessitate. Constat nos census Senensi usque hodie redidisse Ecclesie et constitutum servitium et chrisma ab eadem ecclesia accepisse, consacrationemque diaconorum et presbiterorum hactenus ab ea sumsisse; Aretine vero Ecclesie armorum viribus concussos servitium nos coacte exhibuisse non negamus. Nunc igitur apostolica sublimitas et imperatoria maiestas nos nostrasque parrochias a tali periculo eripiat, et ex huius sacri decreto concilii statuatur Ecclesie posthac libere et inconcusse nos servire oporteat”. Tamen hoc sicut unum tunc sigillatim unusquisque eorum interrogatus testimonium Gisalprandi asserebat verissimum. Atripaldus presbiter et monachus de plebe sancti Stephani de Acinnano, ut Gisalprandus, ita testatus est. Gisalari archipresbiter de plebe sancti Petri de Pava²² similiter dixit. Adalprandus archipresbiter de Saltu similiter professus est. Bonalinus archipresbiter de plebe sancti Viti similiter dixit. Alipertus de plebe sancti Donati similiter dixit. Agiprandus de plebe Sancti Andree similiter dixit. Lamfredus archipresbiter de plebe sancte Marie de Cusuna similiter dixit. Liucari archipresbiter de plebe sancte Marie de Sexta similiter dixit. Omnes itaque, ac si uno ore, Senensi Ecclesie predictas parrochias pertinere et rectissimo iure parere constanter asserebant. Petrus vero hec audiens predictos sacerdotes testimonium ferentes periurii reatum incurrisse arguebat. Tunc, iubentibus nobis ac piissimo imperatore et universo concilio, iuraverunt omnes predicti sacerdotes, quod in testimonio predictae litis vera et probabilia narraverunt, et, sicut dixerant, se habet veritas. Tunc nos Leo summus pontifex sic ad Petrum episcopum et ad omne concilium affati fuimus: “Nunc oportet nos, fratres karissimi, equitatis lance pensare, quoniam eorum assertione, quorum testimonio iste noster frater Petrus victoriam sue Ecclesie adipisci sperabat, Senensis Ecclesia triumphum sui certaminis est consecuta”. Ad hec universum collegium dixit: “Liquido patet prenominate parrochias Senensis Ecclesie esse, quoniam eiusdem committatus limitibus prenominate parrochie circumdate sunt, et testium verissimorum assertio clamat, et scripta sanctissimorum pontificum hoc roborant. Iubeat ergo vestra sanctitas et imperatoria maiestas Senensi Ecclesie ea que sua sunt restituere, quatinus, discordia de medio sublata, unusquisque eorum posthac, sicut in canonibus statutum est, sibi subiectas parrochias regat, nec ad vicinam diocesim sui fratris ullo modo accedere presumat”. Tunc Cantius episcopus dixit omnibus: “Sunt mihi adhuc testes ydonei, quos

de mea civitate huc duxi, quibus propositae altercationis patet ambiguum, qui antiqua relatione nobilium parentum, quicquid inde est insigniter noverunt; hii si introducti fuerint, veritatem nullo modo celabunt”. Tunc ingressus Villeradus bone memorie Taciprandi²³ filius et Guntheramus filius quondam Sicheradi Granonis, qui erant milites regis, et Lanfredus miles predicti episcopi Aretini. Et Villeradus, sub testatione divini nominis a nobis interrogatus, dixit: “Scimus igitur quoniam predictae plebes et monasteria iuxta relationem antiquorum nostrorum parentum Senensi Ecclesiae fuerunt; consignationem et ecclesiarum consecrationes et presbiterorum ordinationes episcopos Senensis Ecclesiae ibi fecisse vidimus. Nullum inhiberi fuisse litigium manifesta ratio docet, nisi ab ingressu gentis Longobardorum in Italiam; Senensis quippe Ecclesia usque ad eorum tempora inconcusse predictas parrochias possederat”. Reliqui vero omnes, dum sigillatim interrogati fuissent, testimonium veritatis Villeradum protulisse testati sunt. Illi vero una voce testimonium verum proferentes, sacrosanctis evangelii in medio positis tactis, iuraverunt quod haec praenominate parrochie ita Senensis Ecclesiae sunt propriae, quod Ecclesiae Aretinae recto iure non pertinent. Hoc sacramento expleto, nos Leo summus pontifex diximus Petro episcopo: “Oportet te, frater Petre, iam nunc tuis tantummodo parrochiis esse contentum, et ab illicita presumptione cessare et penitentiam de hac iniustitia sumere, aut si quid ad opponendum potes quod utile sit adhibere; nam nichil vanum neque superfluum aut quod a veritate sit alienum hoc sacrum recipit concilium”. Petrus vero episcopus inquit: “Iusta examinatione vestra sanctitas litigium nostrum pensavit, neque in ambiguo, quod a vobis hic definitum est, pono, nam neque aliorum presentiam hominum, quibus vos magis credere possitis, exhibere valeo, neque aliorum scriptorum decreta praeter ea, quae a me hic sunt ostensa”. Ad haec imperator: “Constat”, inquit, “evidenter Petrum episcopum superatum, quoniam testimoniis eorum, a quibus se salvari putabat, Senensis Ecclesia victoriam est consecuta”. “Iustum est”, inquit, “ut posthac sileat, neque amplius huius rei altercationem adire presumat. Superfluum est enim ut, cum suae civitati parrochias subiectas teneat, ad alterius episcopi diocesim illum temerario ausu transire. Quapropter volumus, ut hoc sacrum et venerandum concilium ita huius litis altercationem equissimo termino includat atque diffiniat, quatinus futuro tempore nulla possit inter eos scrupulositas remanere”. Tunc imperator, relictis nobiscum missis suis ad istam causam finiendam, idest Ioseph²⁴ arcicappellano, Angelberto²⁵ archiepiscopo, Notingo²⁶ episcopo et Adelchisi²⁷ comite, a concilio desessit. Remanserat autem Cantius cum duodecim ydoneis sacerdotibus, quorum non fuerat adhuc in testimonio iusiurandum receptum. Tunc iuravit Cantius cum duodecim sacerdotibus, quod in sacramentis supradictorum testium veritas absque ullo dolo versata est. Tunc omne concilium similiter exclamavit: “Tubeat ergo apostolici culminis sanctitas ex totius concilii decreto predictarum parrochiarum, quas temere invasit, Petrum episcopum refutationem Senensi Ecclesiae facere ac deinceps super hac re penitus silere. Tunc iubente apostolico et legatis imperatoris ac universo concilio, postposuit ac refutavit Petrus episcopus Senensi Ecclesiae parrochias supranominatas, quas illicite et nefario ausu invaserat. His igitur ita expletis, nos Leo summus pontifex sic dicendo diffiniimus: “Oportunum itaque valde reor in huius litigii diffinitione auctoritatem nostram accomodare atque sub anathematis interpositione equissima ratione finitum litigium hinc inde sopire, ne forte in futuro tempore aliquis pravitate plenus, quod modo iuste et canonice a nobis diffinitum est, audeat violare; nam firmum et stabile in Senensi manere Ecclesia sancimus quicquid per testium indagationem eidem pertinere Ecclesiae comperimus. Si igitur, quod absit, huius nostri privilegii decretum aliquo tempore quilibet violare temptaverit, sive clericus sive laycus sive dignitate praeditus sive honoribus decoratus aut quilibet magna parvaeque persona, sciat se auctoritate domini nostri Petri apostolorum principis omni onore

privatum atque anathematis Moranatha vinculis innodatum, et cum Iuda proditore domini nostri Iesu Christi et Anna Saffira^h perpetuo supplicio deputatum. Et quoniam in Dei sumus nomine collecti, Deus vere inter nos esse creditur, cuius auxilio, quicquid agimus uel diffinimus, credimus esse fulcitum; idcirco predictae maledictionis se vinculo innodat quisquis violare temptauerit quicquid a nobis est, Deo auxiliante, decretum.

Leo Dei gratia catholice et apostolice Romane Ecclesie episcopus huius iudicati decretum propria manu roboravi.

Notingus episcopus Parisii¹ subscripsi.

Iohannes episcopus Pise subscripsi.

Dominicus episcopus Centumcellensis subscripsi.

Ambrosius episcopus Luccensis subscripsi.

Andreas Wulterranensis episcopus subscripsi.

Petrus episcopus Orbiuetanus subscripsi.

Ioseph archicappellanus domini imperatoris subscripsi.

Oschisi episcopus Pistoriensis subscripsi.

Taceprandus episcopus Clusensis subscripsi.

Iohannes episcopus Tuscanensis subscripsi.

Iohannes archiepiscopus Rauenne subscripsi.

Donatus episcopus Fesulanus subscripsi.

Otto episcopus Rosellensis subscripsi.

Petrus episcopus Spoletanus subscripsi.

Angelbertus archiepiscopus Remensis^j subscripsi.

Gerardus²⁸ episcopus Florentinus subscripsi.

Tanimundus episcopus Suanensis subscripsi.

¹ Il documento non è datato. Manaresi, nella sua edizione segnala come il documento appartenesse, “senza alcun dubbio al periodo in cui l'imperatore Lodovico II si trovava a Roma per l'incoronazione”, ovvero l'aprile 850 (Manaresi, p. 176). Inoltre, Manaresi, pur sottolineando alcune alterazioni (vid. più avanti la nota b), non metteva in discussione la genuinità di questo documento, seguendo forse Pasqui 1899, n. 37, *sub. a.* 853 e Kehr 1906, pp. 145 e ss. Ma già nell'anno 1906, Enrico Besta aveva manifestato molti dubbi circa la storicità del documento, invitando la critica a “prescindere da esso” (Besta 1906, p. 87). Posizione seguita da Tafi 1972, p. 283 e da Maroni 1973, pp. 141 e ss. Secondo Besta, infatti, la presente copia venne esemplata nella prima metà del XII secolo, nel corso delle nuove liti sorte in quel secolo tra le sedi episcopali di Siena e di Arezzo, come dimostrerebbe l'ampio uso del diritto romano e della tradizione canonica (Besta 1906, p. 84 e ss). Critiche radicali che non sono state accolte né da Violante 1982, p. 1129 e 1130, né da Brühl (CDL, III/1, n. 12 p. 53) né da Gasparri 2004, p. 13. La falsità del documento era stata sottolineata e difesa da M. Polok e H. Schneider con argomenti inoppugnabili, in parte già segnalati più di un secolo fa da Enrico Besta; MGH, *Concilia*, III, p. 495-502. Per un riassunto della questione, in italiano, si veda anche Polok 1985, pp. 76-85. Più recentemente sono tornati sulla questione, ribadendo la falsità del documento, Delumeau 1996, p. 478 e Bougard 2006, p. 142.

* La trascrizione è stata condotta sulla riproduzione fotografica di B messa a mia disposizione dal personale dell'Archivio Storico Diocesano di Arezzo..

^a Si fa riferimento a un diploma di Lotario (817-850) e alle lettere, decretali e sentenze di Adriano (772-795), tutti falsi perduti (vid. Bougard 2006, p. 142, nn. 16 e 23). Pasqui pubblicò nel n. 14 della sua edizione il riferimento alla perduta sentenza di papa Adriano, vid. Pasqui 1899, p. 28.

² Per il vescovo Pietro (850?-867?), Tafi 1972, p. 42 e ss.

^b Per Manaresi, il passo da “*fnitiva*” a “*et Constantini*” è alterato. Inoltre, Manaresi considera il riferimento al papa Costantino come una interpolazione. Considerazione condivisa dalla più recente critica (Bougard 2006, p. 142). In ogni caso un decreto di papa Costantino dovette esistere (appare citato in CDL III/1, n. 13, 715 ottobre 14). Ma l'unica testimonianza superstite riguarda una copia tarda (XIII secolo) scritta in calce al documento che qui si trascrive e pubblicata da Pasqui come documento n. 2 della sua raccolta aretina. P.F. Kehr utilizzò tale decreto di papa Costantino per recuperare documentazione pontificia *deperdita* relativa alle sedi di Arezzo e Siena (Manaresi 1955, p. 176).

^c Affermazione che va contro l'abbandono di ogni principio di corrispondenza tra *territoria* civili e diocesi stabilito da papa Gelasio (491-496).

^d CDL III/1, n. 13, 715 ottobre 14.

^e DK n. 150 (a. 783)

³ La successiva lista di vescovi rappresenta uno dei maggiori problemi critici del documento, poiché, per riprendere la affermazione di Marlene Polok, "non c'è una data che si addica alla presenza comune di ogni persona nominata nel testo. L'enumerazione dei vescovi presenti a questo sinodo è poi qualcosa di singolare e di curioso" Polok 1985, p. 82.

⁴ Arcivescovo di Ravenna (850-878). La datazione del suo pontificato come arcivescovo di Ravenna si basa soltanto su questo documento, Polok 1985, p. 79, nota 20.

⁵ Vescovo di Lucca (843-852), Schwarzmaier 1973, pp. 92-95.

⁶ Vescovo di Pistoia (documentato 861-877), vid. *Regesta* 1972, docc. nn. 43, 46, 47, 48 e 50.

⁷ Vescovo di Fiesole (829-874/76), Benvenuti 2001, pp. 223-229

⁸ Vescovo di Pisa è documentato tra il novembre dell'anno 826 e il marzo dell'anno 858, Ghignoli 2006 docc. nn. 18-21. Picotti 1946, pp. 211-214 e Ceccarelli Lemut 2005, pp. 16-18.

⁹ Andrea, vescovo di Volterra, attestato tra gli anni 845 e 851, Schneider 1907, doc. n. 6 (845) e *ChLA*², LVIII, n. 20 (851 giugno 22/27).

¹⁰ Taciprand, vescovo di Chiusi, e Otto, vescovo di Roselle sono documentati soltanto in un'altra occasione, come partecipanti al concilio romano dell'anno 861, Polok 1985, p. 80, note 29 e 30.

¹¹ Tanimund, vescovo di Sovana è testimoniato al sinodo di Roma dell'anno 853, Polok 1985, p. 80, nota 31.

¹² Nelle sottoscrizioni poste in calce al documento il nome del vescovo di Centocelle è *Dominicus*, che sembra quello corretto, come si desume da altre sue citazioni nei concili e nei sinodi romani della seconda metà del IX secolo.

^f Si desiderano.

¹³ Sancti Quirici in Ausinna, viene citata anche in CDL, I, nn. 17, 19 e 20 (agosto 714, 715 giugno 20 e 715 luglio 5) e CDL, III/1, n. 13 (715 ottobre 14). Per Maroni si tratta della chiesa di San Quirico e Giovanni *in vico Pallecino*, Maroni 1973, p. 210, ma per Moretti, invece, la chiesa sorgeva sul podere Pievecchia, nei pressi di Montalcino (Moretti 2007, p. 203).

¹⁴ Santo Stefano a Cennano, nella frazione Castelmuzio, comune di Trequanda, Tafi 1998, pp. 295-298. Questa pieve viene citata anche in CDL, I, nn. 17, 19 e 20 (714 agosto, 715 giugno 20 e 715 luglio 5); CDL, III/1, n. 13 (715 ottobre 14) e *ChLA*², XC, n. 17 (marzo 881).

¹⁵ Non si tratta dell'attuale Santa Maria in Pava (documentata a partire dell'anno 1057), ma era situata a pochi metri, sulla sommità di un poggio nel territorio del comune di San Giovanni d'Asso, Felici 2009, p. 438. Citata anche in CDL I, n. 17 (agosto 714).

¹⁶ Pieve a Salti, frazione di San Giovanni d'Asso (Siena), Tafi 1998, pp. 301-303. Viene citata anche in CDL, I, n. 20 (715 luglio 5) e *ChLA*², XC, n. 17 (marzo 881).

¹⁷ Santa Maria in Cosona, nei pressi della successiva pieve di San Lorentino (Moretti 2007, p. 202) in val d'Orcia, Repetti 1843, vol. I, p. 837. Per Tafi da situare a Pienza (Siena), Tafi 1998, pp. 320-323. Di questa pieve dipendevano i monasteri di San Pietro ad Abso e l'*oraculus* di San Donato in Citigliano (CDL, I, n. 19, 715 giugno 20). Viene citata anche in CDL, I, nn. 14 e 20 (agosto 714 e 715 luglio 5); CDL, III/1, n. 13 (715 ottobre 14) e *ChLA*², XC, n. 17 (marzo 881).

¹⁸ Pieve di Corsignano, comune di Pienza, Tafi 1998, pp. 327-330. Viene citata anche in CDL, I, nn. 17, 19 e 20 (agosto 714, 715 giugno 20 e 715 luglio 5); CDL, III/1, n. 13 (715 ottobre 14) e *ChLA*², XC, n. 17 (marzo 881).

¹⁹ Sant'Andrea in Malcino, chiesa di localizzazione controversa: nei pressi di Montalcino per Schiaparelli (CDL, I, p. 49 nt. 4); nei pressi di Trequanda per Tafi 1998, pp. 291-294. Nel podere Pieve, comune di Trequanda per Maroni 1973, p. 204-205 e Moretti 2007, p. 203 nota 26. Questa pieve viene citata anche in CDL, I, nn. 17, 19 e 20 (agosto 714, 715 giugno 20 e 715 luglio 5); CDL, III/1, n. 13 (715 ottobre 14) e *ChLA*², XC, n. 17 (marzo 881).

²⁰ Sessiano, in val d'Orcia, Repetti 1843, vol. V, p. 276. In opinione di Tafi si tratta, invece, della chiesa di San Polito ad Asciano (Tafi 1972, p. 173). Compare citata anche in CDL, I, n. 17 (agosto 714).

²¹ San Donato in Citigliano, detto anche d'Asso, in val d'Orcia, Repetti 1833, vol. I, pp. 162 e 740. Nei pressi di Montalcino (Siena), invece, per Tafi 1998, pp. 324-326. Delumeau 2001, p. 243, lo situa a Bibbianello, nelle vicinanze di Buonconvento. Citato anche in CDL, I, nn. 17, 19 e 20 (agosto 714, 715 giugno 20 e 715 luglio 5); *ChLA*², LXII, n. 12 (maggio 828) e *ChLA*², XC, n. 17 (marzo 881).

²² Precedentemente Gisilari era stato meso in relazione con la pieve di Santa Maria in Pava. La pieve di San Pietro a Pava, oggi scomparsa, è stata recentemente scavata nel comune di San Giovanni d'Asso: S.

Campana, C. Felici, B. Frezza 2012, pp. 463-480. Questa pieve viene citata anche in CDL, I, nn. 19 e 20 (715 giugno 20 e 715 luglio 5); CDL, III/1, n. 13 (715 ottobre 14) e *ChLA*², XC, n. 17 (marzo 881).

²³ Molto probabilmente il falsario volle introdurre in questo documento il Wilerat avvocato della chiesa episcopale di Arezzo presente nel placito dell'ottobre dell'anno 833, *ChLA*², XC, n. 5.

²⁴ Vescovo di Ivrea (844-855) e arcicappellano imperiale. Sul suo ruolo di *missus* imperiale, Krause 1890, p. 294, n. 140.

²⁵ Angilberto II, arcivescovo di Milano (824-859) e non di Reims (vid. nota j). Arnaldi 1964. Sul suo ruolo di *missus* imperiale, Krause 1890, p. 294, n. 140.

²⁶ Notingo, vescovo di Brescia (ante 850-858/63) e non di Parigi (vid. nota j). La sua è, dopo quella di papa Leone, la prima sottoscrizione in calce al documento. Sul suo ruolo di *missus* imperiale, Krause 1890, p. 294, n. 140.

²⁷ Conte di Parma, Hlawitschka, p. 110 e ss., p. 306.

^h Così per Anania e Saffira, *Atti degli Apostoli* 5, 1-11.

ⁱ Manaresi corregge B con "Brixie".

^j Manaresi corregge B con "Mediolanensis". L'identificazione di Notingo e Angilberto con sedi francesi è stata giudicata da M. Polok come prova della falsità dell'atto: "È inoltre grottesca l'assegnazione dell'arcivescovo Angilberto a Reims e del vescovo Notingo a Parigi. L'attribuzione [...] si può spiegare molto difficilmente con un errore di trasmissione del testo, molto meglio con un preciso intendimento", Polok 1985, p. 82.

²⁸ Gerardo, vescovo di Firenze, compare soltanto come sottoscrittore del documento e non tra il gruppo di vescovi presenti nel momento della deposizione dei testimoni. Il suo nome è sconosciuto al di fuori di questa citazione. Il primo vescovo Gerardo documentato con certezza sulla cattedra fiorentina sarà il Gerardo poi divenuto papa con il nome di Niccolò II (1058-1061).